

dem ecclesie prepositi Auctore domino nostro iesu christo. Cui est honor et gloria in secula seculorum Amen.

29.

1133 d. 27 Maj.

Rom.

Påfv. INNOCENTIUS II:s, uppå Årke-Bisk. i Hamburg ADALBEROS klagomål öfver Årke-Bisk. i Lund ASCERS och andra Nordiska församlingarnes söndring ifrån Hamburgs stift, gifna utslag och befallning att Danska, Svenska och andra Nordiska Rikens Biskopar skola lyda under Årke-Biskopen i Hamburg.

K. 532.

INNOCENTIUS II <sup>1)</sup> servus servorum Dei venerabili <sup>2)</sup> Adalberoni Hammenburgensi <sup>3)</sup> Archiepiscopo, ejusque successoribus <sup>4)</sup> salutem & Apostolicam benedictionem. Ad hoc in beati Petri Cathedra disponente Deo <sup>5)</sup> constituti esse aspiciuntur, quatinus singulis <sup>6)</sup> Ecclesiasticis personis suam conservemus justitiam, & qualiter, tam temporaliter, quam spiritualiter earum status integer perseveret, salubriter providere eudemus. Dignum etenim & rationale est, ut sicut sacro-sancta Dei Ecclesia unitatis ac fidei perpetua mater existit, ita nimirum <sup>7)</sup> privilegia custodiantur illæsa, & nullis molestiis, nullisque oppressionibus pravorum hominum fatigetur. Sæpe utique venerabilis frater noster Adalbero Hammenburgensis <sup>8)</sup> Archiepiscopus in præsentia prædecessorum nostrorum felicitis memoriæ Calixti & Honorii ac nostra questus est Acerum Lundensem & alios <sup>9)</sup> Daciæ tibi debitam, sicut Metropolitanæ suo, quemadmodum antiquis privilegiis, Gregorii, Sergii, Leonis, Benedicti, Nicholai, Adriani Romanorum Pontificum continetur, obedientiam derogare. Frequenter autem & a prædictis prædecessoribus nostris Calixto & Honorio, atque a nobis eis mandatum est, ut aut ad tuam & <sup>10)</sup> Hammenburgensis Ecclesiæ redirent obedientiam, aut si quam super hoc si confiderent justitiam <sup>11)</sup> habere, ad Sedem Apostolicam venirent <sup>12)</sup> præparati: ipsi vero Apostolicis contemnentibus obedire mandatis, nec venerunt, nec responsales miserunt. Quia igitur lucrum nemo de sua contumacia debet obtinere ex deliberato fratrum nostrorum Episcoporum & Cardinalium consilio tam Lundensem, quam alios Episcopos Daciæ tibi restituimus. Ad formam igitur privilegiorum Gregorii, Sergii, Leonis, Nicolai, Benedicti & Adriani, Episcopatus Daciæ, Sueciæ <sup>13)</sup>, Norveigiæ <sup>14)</sup>, Farriæ, Gronlandiæ, Halsingaldiæ <sup>15)</sup>, Islandiæ, Scridivindiæ <sup>16)</sup> & Slavorum, carissimi filii nostri Lotharii Regis precibus inclinati, tibi & per te Hammenburgensi Ecclesiæ,

<sup>1)</sup> II *utelemn. i Cod. dipl.* <sup>2)</sup> fratri. <sup>3)</sup> Hammaburgensi. <sup>4)</sup> Canonice promovendis. <sup>5)</sup> Domino <sup>6)</sup> Ecclesiis &. <sup>7)</sup> ejus. <sup>8)</sup> Hammaburgensis. <sup>9)</sup> Episcopos. <sup>10)</sup> Hammaburgensis. <sup>11)</sup> iustam rationem. <sup>12)</sup> ostendere parati. <sup>13)</sup> Suediæ *Lindenbr. och Cod. 24.* <sup>14)</sup> Norvegiæ *a. st. och Lunig.* <sup>15)</sup> Halsingalandiæ *a. st.* <sup>16)</sup> Scridiumdiæ.

suae videlicet Metropoli praesentis scripti pagina confirmamus. Si quae <sup>1)</sup> in futurum Ecclesiastica secularisve personae <sup>2)</sup> hanc nostrae confirmationis paginam <sup>3)</sup> violare tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, postestatis honorisque sui dignitate careat, ream se divino iudicio existere de perpetua iniquitate <sup>4)</sup> recognoscat, & a sanctissimo corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem haec statuta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi <sup>5)</sup>. Data Romae apud montem Aventinum, per manum Almerici Sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi, Cardinalis, Cancellariae VI Kalend. Junii. Indictione XI. Incarnationis Dominicæ anno MCXXXIII. Pontificatus vero Domni Innocentii Papae II anno quart <sup>6)</sup>.

30.

1133 d. 27 Maj.

Rom.

Påfv. INNOCENTIUS II:s befallning, gifven Biskopen ASCER i Lund att han skall lyda under Arkebiskopen i Hamburg såsom hans rätta Metropolitan.

K. 534.

INNOCENTIUS Episcopus Servus Servorum Dei, Ascero Episcopo Lundinensi salutem & Apostolicam benedictionem. Quemadmodum juris naturalis est alterum non lædere; ita nimirum nostri officii læsum adjuvare. Cæterum Venerabilis Frater noster A. Hamburgensis Archiepiscopus conquestus est coram beatæ memoriæ Calixto & Honorio, & jam etiam nobis, quod ei debitam obedientiam & reverentiam tanquam Metropolitanano tuo negligas exhibere. Qua de re cum & ab ipsis, & a nobis sæpe per literas & nuncios evocatus sis, nec per te, nec per tuos tamen Sedem Apostolicam visitasti. Quia igitur nostri officii est singulis sua conservare, Fraternitati tuæ per præsentia scripta serio mandamus, ut ad ejus subjectionem & reverentiam redeas, & ei tanquam Metropolitanano tuo in omnibus pareas. Dat. apud montem Aventinum VI. kalend. Junii.

31.

1133 d. 27 Maj.

Rom.

Påfv. INNOCENTIUS II:s befallning till Konungen (i Sverige) att Biskoparne i hans Rike skola lyda under Arkebiskopen i Hamburg.

K. 535.

INNOCENTIUS Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto in Christo Filio. . . . Regi, salutem & Apostolicam benedictionem. Venerabilis Frater

1) qua 2) persona. 3) Sciens contra eam temere venire. 4) perpetrata. 5) quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. 6) III. Lind.